



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IX. Callistus secundus investituras confirmavit, tametsi immutationem
attulerit in solennitate. Fridericus tertius Regalium investituram per
scepturn dedit Episcopo Tullensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

& Imperij Lib. VIII. Cap. XXI. 435

(id est, Ludovico) promissum violaverit, & ejus contrariis malevolâ intentione quilibet modo se copulaverit, gradum proprium canonica atque synodali sententia amittat. Certè Episcopi apud Carisiacum congregati, quorum epistolæ facta suprà mentio est, non negant præstitum à se fuisse juramentum fidelitatis ante ordinationem, sed recusant ei Principi homagium post ordinationem præstare qui legitimus eorum Rex non erat, sed qui partem regni invadere meditabatur adversus Carolum fratrem. Tandem Innocentius tertius in Concilio Lateranensi æquum esse existimavit ut Clerici quibonâ temporalia possident juramentum fidelitatis ei Principi præstent à quo illa pendent; tametsi prohibeat ne iijuramentum illud præstent qui nulla bona temporalia possident.

X. Sed ut ad investituræ redeamus, eas Callistus secundus confirmavit; tametsi imputationem attulerit in solennitate, quam fieri jussit per sceptrum. Ut non injury scriptum sit ab Ottone Frisingensi lib. 11. cap. v. & v. episcopatus conferri per sceptrum, regna per ensem, & provincias per vexillum, nam id obtinebat in Imperio. Sanè Fridericus tertius Regalium investituram per sceptrum dedit Episcopo Tullenſi; ut patet ex ejus rescripto, quod extat apud Gallandum in Traçatu de Franco-Alloio pag. 246. *Vniversa & singula Regalia, necnon temporalia sive feoda dicta sue Ecclesia Tullenſis, - - - cum sceptro regali & aliis ceremoniis in talibus fieri consuetis conferimus, ac ipsum de eisdem investimus.* Eundem morem in usum revocavit Carolus quintus Imperator anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

X. At Gallia solennitatem investituræ per annulum jam dimiserat ante pactiones Papæ Callisti; & jus illud investituræ in feudis tantum retinebat quam post ordinationem concedebant Reges nostri, data rescripto licentia occupandi feuda ad Ecclesiæ pertinentia, iisque utendi, id quod Ivo in epistola sexagesima vocat *investire manu, natu, lingua*. Eam ob causam Reges nostri noluerunt uti solennitate sceptri; sed suam tamen auctoritatem amplificaverunt, arrepta occasione constitutionis Callisti, ut adnotabitur inferius.

XI. Quare mirum non est aeo divi Bernardi, qui post Callistum floruit, investituram feudorum sive Regalium in usu fuisse. Hic enim loquens in epistola c. l. x. iv. de quodam qui ad episcopatum electus erat, ait: *Festinavir ad Regem, Regalium investituram accepit. Quo loco per Regalia intelligit feuda quae liberalitate Principum ad Ecclesiæ pervenerant, ut ipsem alibi explicat*

Tom. II.

his verbis: *Daplex est dominium Prelatorum. Habent enim claves Ecclesie, quibus claudunt, & nemo claudit. Habent & Regalia: quia domini sunt urbium, oppidorum. Nec solùm episcopatus, sed & consulatus (id est, comitatus) habent. Ut merito ei dicatur: Quid ultra debui facere, & non feci? Sed quod datum est illis in adjutorium, factum est illis in scandalum. Eodem sensu accipiebatur vox Regalium ab Archiepiscopo Treverensi in colloquio Catalaunensi apud Sugerium, itemque à Paschale secundo in privilegio quod Imperatori Henrico concessit, & in epistola ejusdem xxii. in Concilio Lateranensi dictata, cum etiam in rescripto Callisti, & in literis Friderici primi ad Hadrianum quartum, quarum suprà meminimus.*

XII. Ceterum ex his quæ dicta sunt colligere licet concessionem sive investituram Regalium, itemque juramentum fidelitatis quod Episcopi præstare tenentur post consecrationem suam, publica auctoritate convaluisse post diutinas contentiones, Reges verò nostros earum rerum possessionem retinuisse, tametsi aliquid ex suo jure dimisirint ut se ad statuta Conciliorum accommodarent.

A D D I T I O

S T E P H A N I B A L U Z I .

O M N I S cura mea solet in hoc versari, ut proslim, si quo modo possim, fovendis nostris studiis, & ut libros istos pro mea virtuti illustrem; additis nimis, ubi occasio tulit, illustribus aliquot ecclesiastice antiquitatis monumentis. Iam enim antea in superioribus capitibus addita sunt nonnulla quæ nemini bene fano stomachum, ut ego quidem arbitror, movebunt; cum nihil in eis continetur quod egregium non sit, nobile, ac proslis seu dignum. Neque huic capiti deerit pars diligentia; quod illustrare placuit additis duobus præclaris monumentis, Conciliis inquam Remensi & Lateranensi sub Callisto secundo habitis, quorum in hoc capite facta mentio est, editis illis quidem, sed menses, quantum coligi potest ex haec nostra editione, si cui liberat eam conferre cum Biniana. Nam quoad Concilium Remense, editum illud fuit ex Rogerio Hovedeno, qui illud transcripsit in annales suos, potius sententiam canonum secutus quam verba, tametsi ea quoque fatis fideliter reddiderit. Extat autem ipsum Concilium, addito etiam in fronte breviario canonum, in perpetuissimo codice Ms. Bibliotheca Seguerianæ, cuius actas non admundum remota est ab aeo Callisti. De Concilio autem Lateranensi dicitur infra in Notis ad illud nostris.

Y E Y P A P A
Y E Y P A

III. ij